

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Christoph Schultz Gerhard Gülich

## **Disputatio Philosophica De Existentia Dei Quatenus Lumine Naturae Cognoscitur**

[Rostochii]: Richelius, 1657

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730548309>

Druck Freier  Zugang



R u phie 1657  
Christoph Schulz  
Gerhard v. Bülich



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn730548309/phys\\_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730548309/phys_0002)

DFG

N  
44

DISPUTATIO PHILOSOPHICA  
DE  
**EXISTENTIA DEI.**

QVATENUS  
**LUMINE NATURÆ  
COGNOSCITUR,**

QVAM  
DEO OPTIMO MAXIMO AUSPICE  
CONSENTIENTE AMPLISSIMO PHILOSO-  
PHORUM ORDINE

IN UNIVERSITATE ROSTOCHIENSIS  
PRÆSES

M. CHRISTOPHORUS Schulz/  
REGIOMONT. BORUSS.

RENT  
RESPONDENS  
**GERHARDUS von GÜLLICH/**  
OSNABRUG. WESTPHAL.

PLACIDO ERUDITORUM EXAMINI  
SISTUNT  
IN ACROATERIO MAJORI  
HORA VIII. MAT.  
DIE IV. KALEND. DECEMB.

1. g. dec.



EX OFFICINA RICHELIANA,

ANNO CIO IAC LVII.

1657

X  
P



# JHOVAH JUVA.

## Thesis 1.



vod qvidam, non saltēt turbā  
gentium sed & ex communione Chri-  
stianorum inveniantur, qvi cognitio-  
nem de Deo, qvam' Ipse DĒUS Cle-  
mētissimus toti humano generi implan-  
tavit, negent, & pertinaciter defen-  
dant, nemo sanx mentis, & qvem Spir-  
itus Dei agit, mirati satis poterit. Nam  
præter Conscientiam (qvæ aliæ satis  
DEUM esse nos persuaderet) habemus ex-

pressa Scripturæ loca, utpote Rom. i. Ubi gentes dicuntur inexcusabiles, qvōd DEUM, qvem existere aliæ probè noverunt, non ut  
decuit celebrarint. Habemus loca Ephes. 4. Coloss. 3. &c. qvæ po-  
tissimum de reliquiis imaginis Divinæ agunt. De his omnibus vid. Ve-  
nerandos Dnn. Preceptores meos, Excell. Dn. D. Dörsch. in Theol. Zach.  
part. 2. Disp. 6. Rev. admod. D. Calov. Syst. Theol. Tom. 2. c. 4. & alios. Hæc  
loca instar Canonis & primi principii Christiano esse debent, ad  
qvæ nihil planè excipere licet. Sed tantum abest, ut non excipi-  
ant nonnulli, ut potius verba Spiritus S. exercere, & in suam (ma-  
lam) partem interpretari, omnes nervos intendant.

2. Nec nos omnimodam & perfectam naturæ nostræ ad-  
scribimus de DEO Scientiam; sed dicimus potius cum B. Chemn.  
part. 1. L. C. L. 1. c. 1. Notitia de D E O naturalis, verè loquendo, aut  
nulla, aut imperfecta, aut languida est. Nulla est notitia nostra na-  
turalis, si Gratiosam & Supernaturalem illam spectas notitiam,  
qvæ de gratuitâ peccatorum remissione nos certos reddit, hanc i-  
gnorat planè natura nostra. Imperfecta est ea, si parvos istos

post lapsus relictæ sapientiæ igniculos paulò altius ruminari. Langvida deniq; est, si cogitas, qvantis erroribus illa notitia sit permixta, ut animus maximis hauriarò langvoribus torqueatur, & hæsitare incipitat.

3. Atque sic non omni modo absoluta est illa notitia, est tamen qvædam qvæ multum ad notitiam Dei supernaturalem facit, qvod inter alios confirmat Clem. Alex. lib. 6. Strom. Naturalis DEI notitia est Scala quedam Christianæ Philosophia. Et Tertull. lib. de resur. carnis, Premisit DEUS, inq: naturam Magistrum, submissurus & Prophetiam; quo faciliuc credas Prophetæ, discipulus Naturæ. Ut autem ad propositum nostrum proprius accedamus, sciendum, nos hic non Universam DEI cognitionem naturalem proposituros, totam q; ejus essentiam secundum attributa examinaturos; sed commorabitur saltem in enodandâ unicâ hâc Controversiâ: *An DEUS prout existit, ex lumine Nature probari possit.*

4. Ut eò feliciùs in totâ tractatione progrediamur, non in consultum foret, si terminos primum hujus qvæstionis notemus. DEI vocabulum hic non præcisè observatur, ac si omnes gentes habeant hoc ex naturâ existere aliquod Eñs, qvod Deus dicatur; non enim hæc ipsa vox naturam Numinis æterni absolvit, sed permodum inadæqvatum & imperfectum essentiam Divinam repræsentat, qvod videre est ex Etymologiâ hujus vocis, qvam varii varie adducunt; vel à  $\Delta\epsilon\Theta$  Timor, qvod DEO præ omnibus Reverentia & Majestas competit: vel à Dando, dat enim DEUS omnia bona generi humano, imo omnem Creaturam conservat: vel ab antiquo Jéw pono, qvod DEUS sit positor & exstructor universi. Sed nos urgemos potius rem sub voce contentam, & dicimus cum Mendoza Disp. 20. Met. s. i. Francisco Svar. Disp. Met. 29. s. 2 & Dn. D. Klotzio, qui ex prioribus desumpsit. Disp. Pnev. 3. thes. 11. Per vocem DEI intelligi hic Naturam intellectualem omnium optimam; que independens sit ab omnibus, ab ipsa vero dependant omnia, que improducta, ipsa vero produxerit omnia, indeq; si Ens Nobilissimum & Æternum.

5. Vocabulum dein' EXISTENTIÆ in DEO hic non prædicatur, ac si Existentia ab Essentiâ Ejus differat; sed, qvia DEUS nullam admittit in se compositionem, imo ipse intime est Ens

actu.

actu (DEUS non est Ens potestate; hoc enim apprehenditus cum  
dōpendentiā ad causam ad minimum Efficientem, teste Scheibl. l. i.  
Met. c. 15. tit. 3.) ideoq; utrumq; vocabulum actualem qvandam  
entitatem exprimit, & in DEO pro eodem habetur. Conf. Excell.  
Dn. D. Calov. Syst. Theol. Tom. 2. c. 4. pag. 221. seq. Rev. Adm. D. Fried-  
lieb. Medull. Theol. in loco de DEO quest. 37. Thom. p. 1. summ. a. 3. q. 3.  
M. Strauch. Disp. Pnev. 7. qu. 3.

6. NATURÆ vocabulum non sumitur hic strictè, qvatenus  
excludit etiam cognitionem DEI acquisitam; sed propriè, qvatenus  
contradistinguitur Arti, & involvit notitias tam innatas qvam  
acquisitas. Ex hac Naturâ probatur DEI Existentialia, non saltem  
moraliter & argumentis probabilibus, ut Camericensis & alii, de qui-  
bus vid. Tann. Disp. 2. qu. 1. dub. 3. censem; sed evidenter & argu-  
mentis apodicticis, qvæ suo loco dein manifeste satis proponemus.

7. Ex his jam in antecessum ponderatis, porrò, iis, qvæ in  
Controversiam nostram veniunt, remotis, verūm Qvæstionis  
~~ne~~ proponemus. Videlicet I. Non disqviritur hīc, an  
cognitio illa de DEI Existentialia omnibus modis sit absoluta & per-  
fecta; sed de eo tantum nobis sermo est, annon qvædam, certa ta-  
men & evidens cognitio de Numine Divino naturalis dari possit.  
II. Non etiam hīc asserere fert animus, DEUM qvâ unitatem Es-  
sentialia & qvâ Personarum Trinitatem naturâ probari posse; sed  
DEUM qvâ Essentialiam Divinam absolute spectatam. III. Non  
loquimur hīc de ignorantia pravæ dispositionis, qvâ quis DEUM  
ignorat partim malitiosa negatione oris contra conscientiam,  
partim flagitiosa negatione operis contra professionem oris, &c.  
vid. Gisb. Voetius Disp. select. de Atheismo p. 118. 119. ubi de Atheorum  
diversitate prolixè disputat. Sed puræ Negationis, qvâ quis DE-  
UM & Conscientia ipsa ignorat. Seu ut alii dicunt non loqui-  
mur de ignorantia affectata sed simplici. Hinc IV. Non loqui-  
mur de ignorantia qvoad cœcitatem ignorantis, sed qvoad obscuri-  
tatem ignorantis. V. Deniq; Non qvaritur de Existentialia DEI, an  
ea ex uno aliquo argumento apodictice demonstrari possit; sed an-  
non simpliciter ex natura argumentis potissimum conjunctim sum-  
tis Existentialia DEI probari possit, ut de Eadem certi esse possimus.

8. Opiniones circa hanc quæstionem in tres potissimum  
ordines dividit possunt: Alii peccant in excessu, confirmantq; hoc  
Summum DEI mysterium de Trinitate Personarum ex lumine na-  
ture probari posse. Ex quorum farinâ etiam est *Keckermannus* *l. i.*  
*Syst. Theol.* c. 3. *Philippus Morneus* *lib. de Verit. Relig.* c. 5. prolixè  
probat argumentis ex natura desumptis Trinitatem, & cap. 6. con-  
firmat hoc Philosophorum antiquissimorum autoritate, *vid. etiam*  
*Dn. Danbow. Hodos. Phanom.* 3. qui plures allegat. Sed hosce jam  
mittimus ad Theologiam, qui prolixè, quantum opus est refutati  
sunt à Theologis nostris *B. Gerhard. in Exeget. D. Meissner. Phil. sob.*  
*part. i. f. 4. c. 10. q. 2.* & aliis *Conf. Thom.* p. i. sum. q. 32. a. 1. Alii in  
defectu peccantes ex ratione Existentiæ DEI vix probari posse  
autumant, quorum rationes infra audiemus. Alii Regiam tenu-  
ere viam, & neque nimium tribuunt rationi, ac si ea perfectè DE-  
UM, etiam quâ actus, quos circa voluntatem suam gratiosam ex-  
ercent, cognoscat, neque omnem omnino tollunt cognitionem na-  
turem; quasi verò etiam generales DEI actiones homini naturâ  
non essent cognitæ. Cum quibus & nos facimus, ut, dum in me-  
dio versamur, eò facilius Scyllam Charibdimq; vitare possimus.

9. Variis hanc Thesen confirmandi modis Autores utun-  
tetur, quādam re ipsa convenientiunt. *Alstedius Encyclop.* Tom. 2. p. 1.  
c. 2. Existentiæ DEI probari debere autumat quaduplici mo-  
do, 1. Ex Principiis insitâ & Conscientia. 2. ab Universali omnium gen-  
tium consensu. 3. Rationibus subtilioribus. 4. Popularibus. Polanus  
adducit modos sedecim, quibus DEUM esse probare conatur in  
*Theol. Synt.* l. 2. c. 4. *Armandus de bello visu Tract.* 3. de cogn. DEI. p. m.  
550. seq. triplicem modum DEUM per Creaturas cognoscendi pro-  
ponit 1. per viam Causalitatis. 2. Per viam eminentie. 3. Per viam  
remotionis. *Scholastici & Etnici Philosophi*, scilicet *Jac. Mart.* l. 2. *Me-  
taph. Exerc.* 4. lib. 1. Tripliciter Existentiæ DEI probant: argu-  
mento Logico, Metaphico & Physico. *Philipp. Morn.* l. de Verit.  
Rel. cap. 1. multa & non contemnenda argumenta collegit. *Hugo  
Grotius* l. 1. de Verit. Rel. duplice Via incedit 1. argumenta deducendo à  
Creatione omnium rerum. 2. ab omnium gentium consensu. *Dn. D.  
Klez.* urget imprimis hanc quæstionem quinq; modis. 1. ab Universi-  
bus

bujus constitutione, 2. à conservatione & ordinatione Ejusdem, 3. à mī-  
raculis apud Ethnicos patratis. 4. ab absurdo Metaphysico. 5. à consen-  
su omnium gentium. &c. Nobis hāc vice placet argumenta in tres  
ordines dispescere, utpote I. in Argumenta, qvæ petuntur ex Na-  
tura. II. Ex Creatura: III. ex omnium gentium *Coprophysis*.  
Nec omnia conglomerabimus, sed paucissima & potissima.

10. Probamus itaque I. Quidquid suā sponte in capacibus  
& naturā destinatis subjectis provenit, illud est Naturale. Atque  
Existentiæ DEI cognitio suā sponte &c. provenit, E. est Naturalis.  
Major firmissima est, & patet ex definitione Naturalis. *Natu-  
rale enim est, quod esse suum habet in naturā & à naturā. test. Philoso-  
ph. l. 4. Metaph. c. 2.* Et a Naturā sunt, non saltem ea, qvæ ca-  
dem cum eo, qvod naturam in se habet, primordia obtinent, ut  
vita in homine; sed etiam ea, qvæ successu temporis sese exerunt  
in subjectis. Qvis enim negabit, Dentes, barbam &c: esse natu-  
ralia hominis, nec tamen cum ipsa hominis essentia, sed successivè  
demum prodeunt? Argumentor itaque ab absurdo. Qviequid  
cum eo, qvod in se naturam habet, non simul etiam suum esse ac-  
cipit, illud non est naturale. Sed ridere, loqui, ambulare &c:  
non simul suum esse accipit. E. non sunt naturalia. Absurda  
Conclusio. E. aut Minor, aut Major. Non Minor, ad oculum  
enim demonstrari poterit. E. Major. Si Major, ejus contradic-  
toria vera erit, qvæ nostra est in præcedenti argumento. Minor  
patet inde, qvod adulti sana mente prædicti, etiam gentiles, qui re-  
velatam & gratiosam de Deo notitiam non habuere, tamen per-  
fici fuerint, esse mentem aliquam independentem, æternam, im-  
productam & omnium naturalium Creatricem; qvorum exempla  
in tertia probationis classe subjugemus.

11. II. Probamus; Qvōd, cū natura ab infinito abhorre-  
at, ob causas imprimis subordinatas, deveniendum tandem sit ad  
causam aliquam primam, vid. Franc. Sárez. Tom. 2. Metaph. Disp.  
29. sect. 2. n. 26. qvam rationem nostram facimus. Datā jam cau-  
sa primā, dabitur Ens improductum. E. independens. E. æter-  
num E. omnium rerum Creatorem, & hoc ipsum non nisi DEUS  
est. Excipiunt nonnulli, per hoc ipsum argumentum non nisi pri-  
mam

mat Causam demonstrari, verum non controverti de hoc; posse enim vel cœlum vel corpus aliud vicem causæ primæ sustinere: sed controverti, an illa causa prima sit DEUS, quod neutiquam inde probari possit. Verum rem putò claram esse, si terminum Causa prima benè examinemus. Est enim Causa prima nihil aliud, quam Causa independentia, seu quæ habet vim agendi independentem. *Conf. S. Varens Tom. I. Disp. 17. s. 1. n. 20.* & *Echeibl. lib. 1. Met. c. 22. tit. II.* Ex independentia fluit improductio, seu ut accuratus loquamur, improductionem & independentiam involvit simul Causa prima. Si enim est prima, non habebit causam aliam seipsa priorem, atque sic, cum nihil seipsum producere possit, improducta manet. Quod autem improductum est, est quoque æternum; æternitas enim cognoscitur ex improductione seu interminabilitate, quæ nobis sunt æquipollentia. Ex Causa prima fluit tandem etiam creatio seu dependentia omnium rerum, quæ vel ut effectus nudi, vel etiam ut causæ subordinatae spectantur. Inde jam evidenter colligitur. Omne Ens improductum, æternum, independens, rerum omnium Creator est Causa prima. Deus est tale Ens, patet hoc ex th. 4. E. est Causa prima.

12. III. Probamus, quod homines de bonis factis gaudent, & eorum animus tum tranquillus sit; contra vero, si mali quid comiserunt, ingentes in conscientia sentiant stimulos & crucitatem, vid. de *Caligula*, que habet *Sycon.* in *Calig.* c. 51. Vnde illud oritur? nisi quod Naturam metuant Numen aliquod superius, quod peccata puniat, & qui virtutem sectantur præmiis afficiat. Hinc *Seneca lib. 4. de Benef. c. 4.* Quis est autem tam miser, tam neglectus, & tam durofato, & in paenam genitus, ut non tantam Deorum munitatem senserit? Plura si quis appetit ex natura deprompta argumenta, adeat *Thom. sum. p. 1. q. 2. ar. 3. Scot. lib. 8. Met. q. 6.* & in primis *Jac. Mart. l. 2. Exere. 4. Metaph. the. 11.* Qui variorum autorum argumenta collegit, item *Jacob. Wecker. de Secret. lib. 1. c. 14.*

13. Aggredimur argumenta ex libro Creaturæ producta, & quidem primò aspicimus Universi hujus fabricam. Universum hoc aut est productum aut improductum, tertium non datur; sive illa productio fiat per generationem vel per creationem, nobis perinde

perinde h̄c erit. Sed non est improductum, qvia vel in mundo continetur materiatum vel immateriatum, nec h̄c tertium vi Contradictionis datur. Non autem materiatum est improductum, qvia imperfectum est; jam verò imperfecta improducta esse non posse, satis constat. Nec immateriatum, qvod sunt intelligentiae, probamus sequenti Syllogismo. Unicum est improductum, non plura. Alias plura essent independentia, plura æterna, plura æqvæ perfecta, qvod fieri non potest. Sed plures dantur intelligentiae. E. non sunt inproductæ. Si ergo & materiatum & immateriatum in hoc Universo productum est, dabitur aliud qvoddam Ens, qvod improductum est, atqve hoc Ens improductum non nisi illa Prima Caussa est, de qvâ Th. n. actum fuit, qvæ non nisi DEUS est. E. constat & ex hoc argumento DEUM esse.

14. Dein, si nobilissimam præ reliqvis Creaturam hominem contemplamur, non saltem corpus ipsius, qvod membrorum & articulorū juncturā arctissimè, & qvod mirandum, artificiofissimè cohæret: Sed in primis animam ejus, utpote, cui non tantum immortalitas donata est, sed qvæ singulari aliquo ornamento, ratione nimis prædicta est, ut ex inde Creatoris summam perfectionem cognoscamus. Si enim tantam in Creatura invenimus perfectionem, tantam omnium rerum harmoniam & pulchritudinem, qvanta adhuc erit illa, qvæ in ipso productore est. Effectu enim suo nunquam est deterior caussa. E. erit Ens aliquod perfectum, optimum & nobilissimum. Quid a melius quid perfectius quid nobilius existere potest Caussa primâ DEO scilicet?

15. Addo & hoc qvod à Scheib. Dn. Kloz. Molinao & aliis vulgo addi solet à gubernatione & Conservatione hujus mundi. Impossibile est mirabilem istam hujus mundi gubernationem ab ullâ aliâ, quam à prima Caussa, qvæ DEUS est dependere. Vides ibi singulari ordinatione ignem non descendere, terram verò non ascendere; habes frigidum & calidum, siccum & humidum; & quamvis hæc maximè sibi sint opposita, nihilominus ea ita disposita invenis, ut nihil exorbitetur aut mutetur. Qvod sanè non hominis aut ullius alterius, sed solius DEI ut sapientissimæ mentis directione fieri, qvis non intelligit? Plura vid ap. Jac. Mart.

B

ad. Eis.

al. Eift. diff. XII. Philos. c. 2. Morn. de verite Rel. c. 1. Molini. de cognit. Dei. Lomb. l. 1. sent. diff. 3. c. 1. Thom. sum. p. 1. q. 45. a. 7.

16. Concludimus nostram *θεως* confirmationem, Gentium omnium Συμφωνία. Sic inquit Cicero l. 1. Tusc. Nulla gens tam barbarorum, quae non fateatur esse aliquem Deum, adeo quidem, ut homines falsum Deum habere malint, quam nullum omnino: tam alibi nimis sensus divinitatis infest cordibus nostris. Idem l. 2. de leg. n. 15 sit igitur hoc jam à Princípio persuasum civibus, Dominos esse omnium rerum ac Moderatores Deos. &c. conf. que habet passim in libris de Nat. Deorum. Aristot. l. 1. de Cœlo t. 2. πάντες αὐθόωνται τοῦ θεοῦ εἰχοντες. Plautus Com. Cape. Act. 2. Sc. 2. Et profecto Deus, qui, quan nos gerimus, andit. & videt. Homerus Odyss. l. 13.

Ζεὺς Κρέας τίσει τὸ ινετήρος Θεού, ὅσε καὶ ἀλλαγές.

Αὐθόωντες εἰρηνεῖς θεούται οἵτις ἀρεάρτης.

Jamblichus de myst. Egypt. c. 1. inter alia hæc dicit: Ante omnem rationis usum inest naturaliter insita Deorum notio. vid. Sen. Epist. 118. & 79. Valerius Max. l. 1. c. 1. tot. & alios.

17. Adversus has nostras adductas Rationes, cùm nullius sint pretii, quæ excipiunt, relinqvimus potius publicæ collationi. Ponderabimus saltem potissima, quibus contrariam opinionem fulcire conantur. Renatus Des-Cartes in suo de Principiis Philosophiae tract. part. i. n. 1. 2. 7. & 8. seq. item in suis Meditationibus super Primam Philosophiam Medit. 1. & 3. Negat hominem per insitam notitiam DEUM cognoscere posse, imò vult, ut quilibet Dei Existentiam falsam esse, prius sibi persuadeat. Hæc enim sunt verba ipsius in Tract. priori: (n. 1.) Quoniam infantes natūsumus, & varia de rebus sensibilibus judicia prīus evulimus, quam integrum rationis nostræ usum haberemus, multis prejudicis à veri recognitione avertimur; quibus non alter videmur posse liberari, quam si semel in vita de iis omnibus studeamus dubitare, in quibus vel minimam incertitudinē suspicionem reperiāmus. (n. 2.) Quin & illa etiam, de quibus dubitabimus, utile erit habere profalsis, ut tanè clariss. quidnam certissimum & cognitū facilissimum sit, inveniamus. (n. 7.) Facile quidem supponimus nullum esse Deum, nullum cælum, nulla corpora, &c. Conf. qua etiam in Medit. 3. habet. Non hinc fuit animus, somnia ipsius examinare, & quid de ipso, ut ita cogitans.

cōgitanti dubitandi &c. cōsēndūm sit, sed qvōd ad rem nostram facit, observabimus. Dubitare dicit de omni re quis debet, anteq̄vam certus de eo esse possit, illud ut eō facilis in culcare nobis posset, hoc argumento uti videtur: In quibus vel minima si spicio incertitudinis habetur, de iis est dubitandum. (n. 1.) At de DÉO habetur aliqua suspicio. E. dubitandum de eo. (n. 7.) Sed quanta absurdā, quanta Atheismū redolētēs Conclusiones inde oriuntur! Argumentor enim porrō. Omne dubium (ex propria confēsione n. 2.) pro falso habetur. Existētia Dei est dubia nobis (ex priori Syllog.) E. est falsa. E. rejicienda. Atque sic nunq̄vam ad cognitionem Dei perveniremus. Sed proprius ad argumentum: Majorem 1. plānē negamus, & damus instantiam de Mysterio Trinitatis, cūm homini regenerando, anteq̄vam 8. paginas p̄volvit, illud inculcatur; sane aliqua adhuc incertitudinis suspicio in animo ejus h̄eret, ob carnis débilitatem & ratio- nis repugnatiam. Sed an ne is plānē dubitare debet de hoc myste- rio? juxta Cartesium ita videtur. Verū malus ille Theologus hominem ejusmodi non ad salutē, sed ad æternam damnationem suis duceret dubitationibus. Scrutabitur potius Scripturas, ut de die in diem certior reddatur. Nam qvō magis quis dubitat, eō minus ad rei veritatem accedit. Prōbanda itaq; ipsi ad hoc relin- qvitur sua Major. 2. Dēmus aliquid nostre Cartesio; & ponamus Majorem veram esse; adhuc tamen Minor ejus falsa est. Deum ex- istere incertum nobis esse dicit. Verū qvō fundamento, nec hoc videmus. Nos contrarium stabilivimus thesi 10. II. & 12. Ubi nostra argumenta probantia adduximus, quas prōveris agnoscimus, donec his refutatis contrarium confirmet.

18. Qvōd alterum armumentum attinet, ubi ex hypothēsi suā fluit, Existētiam Dei à nobis pro falso habeti, non dignum ullā responsione est. Qvippe cum illud more suo non saltem non proberet, sed qvōd etiam omni fundamento careat. Dubium enim esse falsum qvis unq̄vam Philosophorum, & qualis ille videri vult, accuratorum hactenus statuit, & imposterum sine maximā absur- ditate statuet? Dubium est medium inter verum & falsum, & in- differenter sese ad utrumq; habet. Medium autem extēnum esse nequit.

Digitized by Google

nequit. Par est ratio ac si dicerem, Fortitudo à nobis pro timiditate haberi debet, vel in concreto: Vir fortis est timidus. Contradiccio in adjecto!

19. Reliqvam Contradicentium turbam constituunt partim Sociniani, qvos refutatos invenies à Theologis nostris, qvos suo loco vide: Partim etiam nonnulli Aristotelici & alii, qvorum potissima hæc sunt argumenta. I. Aristotelem dixisse, hominem esse instar tabulæ rasæ, cui nihil inscriptum est, sed adhuc inscribi aliquid debeat. II. Nullum Finitum capax infiniti est. E. nec DEI. III. Nullus articulus Fidei est demonstrabilis & naturā notus. Fidem etenim spectantia non scimus sed credimus. E. IV. Si naturaliter Deus cognosci potest, Gentiles non negassent Deum esse. Sed falsum posterius. E. & ptius &c.

20. Ad I. respondemus (1) Ab autoritate argumentari non valere, cùm illa non probet, sed illustrat tantum rem (2) concedere nos qvidem, si argumentum loqvatur de accuratori notitia, qvam nos acqvitimus, non autem de omni notitia. Ad II. (1.) per instantiam. Finitum non est capax infiniti. E. nec per gratiosam revelationem finitum capax est infiniti, Itaque (2.) Distinguimus 1. inter capacitatem comprehensionis & receptionis, seu inter capacitatem omnimodam, & solius cognitionis, 2. inter cognitionem illam omnibus modis absolutam & inter cognitionem aliqualem. Est finitum infiniti capax, si intellegis capacitatem receptionis seu apprehensionis, qvā nos Deum per modum cognoscendi apprehendimus, & qvidem non perfectè, sed aliqualiter & potissimum qvidem per modum negationis & per effectus. Ad III. Resp. 1. Distingv. inter articulos Fidei puros & mixtos. De iis majorem veram esse, non de his firmiter statuimus. 2 Fides & scientia non sunt opposita, sed disparata. Ad IV. applicentur illa qvæ diximus in thesi 7. Ex qvā etiam reliqua argumenta omnia facile refutari poterunt. Nos hisce hæc vice contenti, & cùm disputatio nostra ob chartæ angustiam plura capere nequeat, eadem concludimus dicto Augustini rom. 2. de specul. c. 33. DEUS hominis bonum est, à quo averti, cadere est; in quem converti, resurgere; in quo manere, confistere; quem nescire, mori est; quem nosse, vivere est; quem spernere, perire est.



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn730548309/phys\\_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730548309/phys_0015)

DFG




Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn730548309/phys\\_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730548309/phys_0016)

DFG

cogitanti dubitandi &c. censendum sit; sed quod facit, observabimus. Dubitare dicit de omnibus certus de eo esse possit, illud ut eò fabris posset, hoc argumento uti videtur: In quo spacio incertitudinis habetur, de iis est dubitatio DEO habetur aliqua suspicio. E. dubitando quanta absurdia, quanta Atheismum redolent de oriuntur! Argumentor enim porrò. Omnia prius confessione n. 2.) pro falso habetur. E. probia nobis (ex priori Syllog.) E. est falsa. E. res sic nunquam ad cognitionem Dei pervenirent argumentum: Majorem 1. planè negamus; de Mysterio Trinitatis, cum homini regen paginas pervolvit, illud inculcatur; sane alius dinis suspicio in animo ejus hæret, ob carnis repugnatiam. Sed anne is plane dubitatio? juxta Cartesium ita videtur. Verum si hominem ejusmodi non ad salutem, sed ad æternum duceret dubitationibus. Scrutabitur per die in diem certior reddatur. Nam quod maius ad rei veritatem accedit. Probanda iungitur sua Major. 2. Demus aliquid nostro Majorem veram esse; adhuc tamen Minor ejus istere incertum nobis esse dicit. Verum quod videmus. Nos contrarium stabilivimus; nostra argumenta probantia adduximus, quod donec his refutatis contrarium confirmemus.

18. Qvod alterum argumentum attinet, suâ fluit, Existentiâ Dei à nobis pro falso ullâ responsione est. Quippe cum illud moribus probet; sed quod etiam omni fundamento causa esse falsum quis unquam Philosophorum; & c. accuratorum hactenus statuit, & imposterum ditate statuet? Dubium est medium inter veritatem & falsitatem se se ad utrumque habet. Medium



ostram  
et, ante  
re no  
ma si  
At de  
) Sed  
nes in  
x pr  
est du  
itque  
pius ad  
intiam  
vam S.  
certitu  
ratio  
myste  
ologus  
ionem  
s, ut de  
tat, eò  
re relin  
namus  
um ex  
e hec  
e. Ubi  
gnosci  
pothesi  
ignum  
em non  
m enim  
ri vult,  
absur  
, & in  
um esse  
nequiv.

Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No. [REDACTED]